

*Barcelona*

1694

QUATRO PAPELES PRESENTADOS POR EL SEÑOR OBISPO  
de Barcelona, à que se dà inteligencia en los numeros 21. hasta 30. y en  
los numeros 54. hasta 60. de la Alegacion.

*ncat*

P A P E L P R I M E R O.

**V**NIVERSIS, & singulis dominis Officialibus, Judicibus, &  
alijs quibuscumque personis, tam Ecclesiasticis, quam Secu-  
laribus quacumque auctoritate, & dignitate fungentibus, seu  
functuris quibus praesentes pervenerint, seu fuerint quomodolibet pre-  
sentaræ. Franciscus Riu Presbyt. D.D. in spiritualibus & temporalibus  
V. G. & Officialis Illustrissimi, & Reverendissimi Dñi Emmanuelis de  
Alva Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopi Barcin. Regisque  
Consiliarij, salutem in Domino. Per praesentes attestamur, dicimus, &  
fidem facimus quod die datt. praesentium, & infra scripta instati, & re-  
quisiti pro parte Ludovici Gual procuratoris Fiscalis Curiae Ecclesiasti-  
cae Barcin. vidimus, legimus, & nostris proprijs manibus renuimus, ac  
mature recognovimus quoddam decretum Sanctæ Congregationis San-  
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliū S.C.T. interpretum, in papiro scrip-  
tum non vitiatum, nec cancellatum, neque in aliqua eius parte suspectum,  
sed omni prouerso virtio, & scriptio[n]is labore carens thenoris sequentis. Me-  
diolanen. matrimonij Joannes Baptista Pandianus ex Dioecesi Nova-  
rien. qui iam uxorem duxerat in Belgio, ista adhuc vivente 19. Iulij 1676.  
matrimonium contraxit cum alia in statu Mediolani. Is erat miles Ter-  
tij Germanorum degentium Mortaviæ in Dioecesi Papien. Huic autem  
matrimonio non adstitit Praepositus loci, qui requisitus renuit assistere  
absque opportunis documentis liberi status, sed adstetit Capallanus di-  
cti Tertij, qui Pandiani assertione conteritus fuit, dixitque esse privile-  
gium Tertij militum Germanorum, ut Capallanus eorum matrimonio  
assistat, talique privilegio stulos etiam illos intermixtos gaudere, detecto  
primo matrimonio Pandianus de Poligamia processatus in carceribus  
Sancti Officii Mediolani detinetur, examinataque prima, ac secunda uxori-  
re, Capellano, Pandiano, ac testibus praemissorum veritas convincitur so-  
lum hæsitatur de legitimate assistentiæ Capellani. Quamobrē Sac. Con-  
Sanci Officij ad hanc S.C. Trid. remisit. An secundum matrimonium  
contractum coram dicto Capellano fuerit validum. Die 13. Novembris  
1677. Sacra, &c. destulit resolutionem, & mandavit reformari dubium.  
Cum proxima habita Cong. sub die 27. Novembris approbatus fuerit  
thenor dubij infra scripti videtur nunc decernendum. An sit validum  
matrimonium contractum à milite in statione degente coram Capel-  
lano sui Tertij. Die xj. Decembri 1677. Sac. Cong. Concilij respon-  
dit matrimonia militum quocumque loco existentium, quocumque  
loco contrahenda fore nulla nisi doceatur de sufficienti facultate aut pri-  
vilegio, quoad matrimonia præterita particulariter videatur, & hoc scri-  
batur,

*Riu*

1694

batur. Eminentiss. Archiepiscopo Mediolanen. qui alijs Epis. prudenter  
communicet. Ita reperitur in registro autographo decretorum eiusdem  
Sac. Cong. Concili jlib. 29 fol. 539. & 552. In fidem &c. hac die 14. Au-  
gusti 1693. R. Pallan. S. C. S. cui quidem decreto coram nobis absque  
ulla suspitione sicut prædictur exhibito, & per Not. infrascripum col-  
lationato volumus, & hortamur talem. & tantam fidem adhiberi, quæ  
qualis, & quanta suo vero originali prædicto si exhibitum foret adhibe-  
retur. Dat. Barcinone, die 10. Ianuarij 1694.

Riu Vic. Gen. & Offic.

De mandato dicti Domini V. Gen. & Officialis presen-  
tata collationavit Doctor Franciscus Rigos Presbyter  
Not. & Curia Vicariatus Ecclesia Barcinonensis scriba  
cum Sigilli dictæ Curia impressione.

Locus Sigilli

Papel segundo.

PER Illustris & Reverend. Domine uti Fr. in quodam casu nuper ad  
hanc S. Congregationem Concilij Trid. delata innotuit E. E. P. P.  
qui Smi. D. N. auctoritate ipsius Concilij decreto interpretatur, non  
nullos milites coram suæ legionis aut etiam maioris Exercitus Capel-  
lano matrimonia contrahere, non autem coram Parocho ut eiusdem  
Trid. decreto, cap. 1. ses. 24. de refor. matr. diserte cavitur. Quare ad tru-  
tinam revocari oportuit, num id valide fieri. Ac re sepius considerata di-  
ferendo ad maturius examen inspectionem quoad matrimonia iam con-  
tracta, pro futuris censuit S. Congregatio militum matrimonia quæcū-  
que contrahenda coram Capellanis Exercituum in quocumque loco  
existentium fore nulla nisi doceatur de sufficienti facultate aut privile-  
gio. Atque hanc S. Congregationis sententiam ad se relataam S. D. N.  
approbavit, idemque ad Amp. tuam scribi voluit quatenus decretum hu-  
iusmodi pro sua prudentia ijs ad quos spectat comunicet, ut ita anima-  
rum saluti ac tanti contractus legirime validitati consularunt. Ipsa igitur  
ita efficeret, ac de eo quod egerit certiorabit. Dum A. I. omnia prospera  
præcamur. Romæ XI. Decembbris millesimo sexcentessimo septuagesi-  
mo septimo. Amp. T. uti Fr. stud. S. Card. Columba præfектus S. Ar-  
chiepiscopus Bran. Ep. Vitasiens. Secret.

Concuerda este translado con la carta, y orden de la Sagrada Congrega-  
cion

ción del S. C. de Trento; que para este efecto me fue entregada, à quien la  
olví. Y en fè dello yo Thomas Camerino Notario Secretario de Breves, y  
Comisiones Apostolicas en el Tribunal de la Nunciatura de su Santidad en  
estos Reynos de España, lo signé, y firmé: en Madrid á 23. de Abril de mil  
seiscientos y setenta y ocho años. En testimo + nio de verdad Thomas Came-  
rino Notario Secretario, &c.

Copia huiusmodi quæ in regestis præsentis Curia invenitur cum  
suo originali autentico comprobata concordat, & ut eidem copiæ tan-  
quam suo vero originali fides plenaria tribuatur. Ego Doctor Francis-  
cus Risós Presbyter Not. & Curia Vicariatus Ecclesi. Barcin. scriba,  
hic me subscribo, & meum quo utor appono Sig + num.

Locus sigil + li.

---

Papel tercero.

U Niversis, & singulis dominis Judicibus, tam Ecclesiasticis, quam  
Secularibus, cæterisque personis quacumque auctoritate, & dig-  
nitate fungentibus, seu functionis, quibus præsentes litteræ pervenerint,  
seu fuerint quomodolibet præsentatae. Franciscus Riu Presbyter U. I. D.  
in spiritualibus, & temporalibus V. G. & Officialis pro Illustrissimo, &  
Reverendissimo Dño D. Emanuele de Alva Dei, & sanctæ Sedis Apo-  
stolicæ gratia Episcopo Barcin. Regioque Conciliario, salutem in Do-  
mino. Per præsentes dicimus, attestamur, & fidem facimus, quod die  
præsenti, & in infra scripta instati & requisiti pro parte, & ad instantiam  
Procuratoris fiscalis Curia Ecclesiastica Bar. vidimus, legimus, ac no-  
stris proprijs manibus tenuimus quoddam autenticum transumptum  
cujusdam brevis Apostolici, non viciatum nec cancellatum, neque in  
aliqua eius parte suspectum, sed omni prolsus vitio, & suspicionis labo-  
carens thenoris sequentis, videlicet. In nomine Domini Amen. Cum  
etis ubique pateat evidenter, & sit notum quod anno à Nativitate Do-  
mini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo  
indictione decima quinta, die vero septima Ianuarij Pontificatus autem  
Santissimi in Christo Patis, Domini nostri, Domini Innocentij divina  
Providencia Papæ xij. anno eius primo Ego Not. publicus infrascrip-  
tus vidi legi quoddam sumpcum felicis recordationis Alexandri Papæ  
vij. ex suo originali in forma brevis expedito extractum thenoris qui  
sequitur, videlicet. Venerabiliter Fr. Humberto Guillelmo Archiepisco-  
po Mechliniensis Alexander Papa viij Venerabili Frat. Salutem  
& apostolicam benedictionem: Quoniam in Exercitu charissimi in Christo  
filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici in Belgio multa sep-  
con;

contingunt, in quibus pro salubri directione, & animarum salute, eorum, qui in castris degunt, & versantur, proqne cognoscendis, & decidendis inter eos causis & controvertijs ad forum Ecclesiasticum pertinentibus opera & industria unius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitute opus est; propterea quod non facile ad locorum ordinarios, aut ad Nos, & Sedem Apostolicam recursus haberi potest. Idecirco Nos supplicationibus memorati Caroli Regis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, fraternitate nraam præstanti amplissimam virtutum laude insignem huic rei duximus delegandam; Itaque tibi facultatem ad quinquennium proximum tantum harum serie tribuimus per te vel alium, seu alios Sacerdotes probos & idoneos, ac prævio examini diligentie approbatos a te; cum participatione & concensu dilecti filij Iulij Pianza Abbatis Sancti Georgij Baren. Dioecesi inter nuntij nostris in Belgio Burgundique comitatu, seu eius, quem torsan in eiusdem Iulij locum in eiusdem munere deputari contingenterit subdelegandos, omnem, & quamcumque iurisdictionem Ecclesiasticam in eos qui ibi pro Sacramentis Ecclesiasticis militibus ministrandis pro tempore erunt (qui tamen in propria Dioecesi sub qua illorum ordinarij iurisdictionem suam ordinariam in eos exercere possent, non sint) sive Clerici etiam Presbyteri seculares, seu quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares fuerint exercendi, per inde ac si quoad Clericos seculares, eorum verus Præsul & Pastor, quoad regulares vero illorum Superior Generalis esset, omnesque Casulas Ecclesiasticas, profanas, civiles, criminales, & mixtas inter, seu contra prædictas aliquaque personas in dicto Exercitu commorantes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam summarie simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij sola facti veritate inspecta audiendi, & sine debito terminandi; contra inobedientes quaslibet censuras, & poenas Ecclesiasticas, etiam sepius agrevandi, auxiliumque bracchij secularis invocandi: Prætereat tibi, ac Presbyteris idoneis a te approbandis confessiones quarumcumque dicti Exercitus utriusque sexus personarum audiendi, illasque aquibusque excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, ac etiam in casibus nobis, & dictæ Sedi specialiter reservatis, ac etiam contentis in litteris die cœnæ Domini legi solitis/haeresis, læse Maiestatis, conspirationis in personam, vel statum Romani Pontificis, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes in fidelium, falsificationis litterarum, & supplicationum Apostolicarum, injectionis manuum violentiarum in Clericos, seu Prælatos Ecclesiæ, clausuræ monasteriorum Sanctimonialium, ac iurisdictionis seu libertatis Ecclesiæ violationis, exceptis) necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis propter promissa per eos quomodolibet incursis, si id humiliter petierint, in reservatis ultimo, semel in vita, & in mortis articulo; in alijs vero dictæ sedi non refer;

reservatis, quoties oportunum fuerit, in iuncti inde eis pro modo culpæ  
pænitentia salutari in foro consientiæ tantum absolvendi, in ea sibus ta-  
man, in quibus satis etio foret necessaria ea per se ipsos, vel eis impedia-  
tis per haeredes, aut alios fieri debeat, necnon dicti Exercitus primarijs  
viris, altate portatile cum debita reverentia & honore, si tibi videbitur  
expedire, super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, etiam  
non sacris, si tuuc locus sacer haberi non poterit, & cum qualitate nego-  
tiorum id existent dumtaxat celebrari possint concedendi, Ecclesiæ  
quoque capellas ac cemeteria, & oratoria quomodolibet polluta in illis  
partibus in quibus si ipse Exercitus in cederit per quoscumque idoneos  
ad id sp̄cialiter deputandos Sacerdotes in Dignitate Ecclesiastica con-  
stitutos, à qua ramen prius, à te seu per alium Catholicum antistitem ut  
moris est benedicti reconciliandi, ceteraque faciendi, & exequendi in  
præmissis necessaria, & quomodolibet opportuna, non obstantibus Apo-  
stolicis, ac in synodalibus, vel Provincialibus Conciliis, editis Gene-  
ralibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon ordi-  
num quorumcumque personæ huiusmodi professæ fuerint, etiam iura-  
mento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis sta-  
tutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indulxit, & litteris Apostoli-  
cis, ordinationibus prædictis, vel eorum superioribus, aut singularibus  
personis quomodolibet concessis, ac approbatis, & innovatis, quibus  
omnibus, & singulis illorum thenores præsentibus pro plene ac sufficiē-  
ter expresse, ac de verbo ad verbum infectis habeentes, illis alias in suo ro-  
bore permansuris ad præmissorum effectum, ac vice dumtaxat speciali-  
ter, & expresse derogamus ceterisque contrarijs quibus umque. Volu-  
mus autem ut hisquos pro Sacramentis Ecclesiasticis militibus alijsque  
personis quibuslibet dicti Exercitus ministrandis, ut prædictitur, depu-  
tandos duxeris, pro ijs tantum Sacramentis, quæ per simplices Paro-  
chialium Ecclesiæ Rectors administrati consueverunt, & his quidem  
eo dumtaxat tempore quo Exercitus prædictus in actuali expeditione  
reperiatur, secus verò quando milites in stationibus & Præsidij dege-  
rint administrandis deputati intelligentur. Dat. Romæ apud Sanctam  
Mariam maiorem sub annulo Piscatoris die xxx. Septembri millesimo  
sexcentessimo nonagesimo, Pontificatus nostri anno primo sumptum  
ex minuta originali brevium secretorum fælicis recordationis Alexan-  
dri Papæ octavi collationatum concordat I. frater Cardinalis Albanus.

Loco sigil + li. Quo quidem sumpto viso, & diligenter examinato  
ac fideliciter cum suo originali comprobato, Ego Not. publicus infras-  
criptus hoc præsentis publicum transumpti instrumentum confeci, &  
publicavi. In quorum fidem, &c. Actum etiam Romæ, &c. præsentibus  
Dominis Benedicto Badia, & Decio Bellono ad præmissa vocatis atque  
rogatis. Præinsertæ litteræ Apostolicæ cum suo originali revisæ con-  
cordant. Iosephus Paulcius officialis deputatus. B. Card. Prodat. Lo-  
b co

co sigil + li. Ita est Carolus Franciscus Francisconius Sacre Rotæ  
Not. Locus sig + ni. Cuiquidem transumpto dicti Brevis coram  
nobis absque ulla suspitione sicut predicitur exhibito & per not. infra-  
scriptum collationato volumus & hortamur talem & tantum fidem ad-  
hiberi, que qualis & quanta suo verò originali predicto si exibitum fo-  
ret adhiberet. Dat. Barcinonæ die x. Ianuarij M. D. C. LXXXVIIII.

Riu Vic. Gen. & Offic.

De mandato dicto Domini Vic. Gen. & Officialis præ-  
dicta collationavis Doctor Franciscus Rifos Presby-  
ter Not. & Curia Vicariatus Ecclesiasticus Barcinonæ.  
scriba, cum Sigilli dictæ Curie impressione.

Locus sigil + li.

---

Papel quarto.

U Niveris, & singulis dominis Officialibus, Judicibus, & alijs qui-  
buscumque personis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus quacum-  
que auctoritate, & dignitate fungentibus, seu functuris quibus præsentes  
pervenerint, seu fuerint quomodolibet præsentatae. Franciscus Riu Pres-  
byter D.D. in spiritualibus, & temporalibus V.G. & Officialis pro Illu-  
strissimo Dño D. Emanuele de Alva Dei, & sanctæ Sedis Apostolicae  
gratia Episcopo Barcin. Regioque Conciliario, salutem in Domine.  
Per præsentes attestamur, dicimus, & fidem facimus quod die dat. præ-  
sentium. & infra scripta instati, & requisiti pro parte Procuratoris Fisca-  
lis Curie Ecclesiæ Barcio. vidimus, legimus, & nostris proprijs manibus  
renuimus quandam Epistolam originalem à S. Congregatione E. Em.  
D.D. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium S. C. T. Interpretum in  
forma solita, & assueta more dictæ Congregationis expeditam, non vi-  
ciatam, nec cancellatam, neque in aliqua eius parte suspectam, sed omni-  
ni prorsus vitio, & suspicionis labore carentem thenoris sequentis: vide-  
licet in eius dorso. Per Illustri, & Reverendissimo Domino uti Fr.  
Episcopo Cœlsonensi. Intus vero: Per Illustri, & Reverendissime  
Domine uti Fr. ex redditâ villicatione amplitudinis tuæ quam nedium  
status Ecclesiæ scriptis sed ore complevit, Marianus Villansossa ab ea-  
dem alegatus in visitatione SS. Liminum pro nuper elapsa vigessimo  
quinto quadriennio de Benignitate Apostolica vice tua, vel alterius de

gre:

gremio capituli ad formam constitutionis Sm. Sixti V. admissus EE.  
PP. decretis Conc. Trid. interpretandis præpositi audientes te Pastore  
dispersos omnes lapides sanctuarij in capite omnium platearum, & ita  
per totam Diœcесim superque pavens est cor tuū pro Arca Dei anxius  
que pro salute animarum: Huic gaudium magnam, & ingens lætitia 2e-  
lo amplitudinis tuæ exerceuit, tuisque interim quæsitis inhærentes respon-  
sa edi mandatunt. Et primo quoad seminarij erectionem adeo nec essa-  
riam amplitudo tua utatur jure suo ad præscriptā normam S. C. T. ca. 18.  
eff. 23 de refor. Secundo, quoad consulendum animabus Parochiæ Ca-  
thedralis auditio Parochio deputet coadjutores ad mentem S. Conc. cap.  
4. eff. 21. Tertio, quoad celebrationem omissarum missarum à Sacerdo-  
tibus Ecclesiæ Oppidi Cervariæ, non obstante quacumque inhibitio-  
ne, & Bulla Pauli IV. procedat, & exequatur Bullam Sm. Urbani VIII.  
omnino servandum illiusque decreta super celebratione missarum, &  
cogat juris remedij ne vulnera pijs largitoribus hucusque per trans-  
gressores inficta in dies magis exasperentur, nec locus est distributio-  
nibus quotidianis quæ pro elemosinis missarum legata fuere. Quarto,  
ut ad proximum. Quinto, cum natura beneficiorum de manualibus ad  
perpetuas Vicarias non nisi cum iuxta causa immutari quæat audiendi  
sunt, eisque præfigendus terminus Vicarijs, & cogendi ad munus eorum  
explendum, alias amovendos esse. Sexto, non obstante quacumque inhibi-  
tione Metropolitani procedat in causis immunitatis, & correctionis  
morum, & tesserat, quæ & cuius naturæ causa per septuaginta annos  
plusquam quatriduana pendeat indecissa cum interim S. Congreg. dabit  
litteras Metropolitano pro celeri expeditione eiusdem. Septimo, uta-  
tur facultate sibi tributa à S. C. cap. 6. eff. 7. de refor. & uniat domum dū-  
modo non sit alteri Parochiæ addicta. Octavo, S. Cong. censuit danda  
esse decreta in Wechlinien delegationis Apostolicæ relatarum in Con-  
gregatione particulari, sub die decima Julij 1690. cum infra scriptis du-  
bijs. Primo, an breve sit concedendum & quatenus affirmativè? Secun-  
dò, an & in qua parte sit reformandum? Et ipsa Congregatio particula-  
ris ad primum respondit affirmativè? Ad secundum itidem affirmativè,  
& reformandum Breve in s. final. volumus autem appositum in Brevi  
Sm. Innocentij Undecimi, & Capellanis concedendam facultatem ad-  
ministrandi militibus, alisque omnibus qui Castra sequuntur, ea tantū  
Sacramenta per Parochos Ordinarios administrari consueta, & hæc qui-  
dem eo dumtaxat tempore quo Exercitus reperiatur in actuali expedi-  
tione, secus verò quando Milites degunt in Præsidij, & stationibus. Quæ  
decreta Capellano Regio notificet amplitudo tua, & iuxta formā præ-  
scriptam exequatur: Hæc sunt quæ respondenda duxerunt EE. PP. &  
Apostolicæ auctoritatis præsidio ad unguem servanda. Dum Nos ei  
diuturnam præcamur à Domino fœlicitatem. Romæ 22. Septembris  
millesimo sexcentessimo nonagesimo primo. Amplitudini tuæ. Utī

Fr.

Fr. Studiosus. G. Cardinalis Mariscotus Praefectus. R. Palladius Secret.  
 Cui quidem Epistolæ coram nobis absque ulla suspitione sicut prædic-  
 tur exhibite, & per Not infrascriptum collationatæ volumus, & horta-  
 mur talem, & tantum fidem adhiberi, quæ qualis, & quantum suo verò  
 originali prædicto si exhibitum foret adhiberetur. Dat. Barcin. die de-  
 cima Januarij millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto.

Riu Vic. Gen. & Offic.

*De mandato dicti Domini Vic. Gen. & Officialis pre-  
 sentata collationanit Doctor Franciscus Rigos Presby-  
 ter Not. & Curie vicariatus Ecclesiastici Barcinon-  
 scriba, cum Sigilli dicta Curia impressione.*

Locus sigil + li,